

Band VI., Nr. 1737, Seite 137

Der Kämmerer Heinrich von Biegenburg beurkundet, dass sein Eigenmann Wernher Huzo dessen ganzes väterliches Erbgut in Blümetsweiler samt genannten Eigenleuten mit seiner Zustimmung dem Kloster Weißenau vergab und gegen einen jährlichen Wachsins für sich und die Seinigen wieder zurückerhalten habe.

Weißenu, 1264. Januar 27.

In nomine domini. Amen. Litigandi materia penitus subprimitur et future questionis dolus totaliter conculcatur, cum negotia fragilitatis humane soli testimonio mortalium non fulciuntur, sed etiam scripturarum testimonio roborantur. Nos igitur Hainricus camerarius de Bigenburc ad singulorum et omnium memoriam perducimus et futurorum noticie declaramus, quod Wernherus Huzo, qui proprietatis nomine nobis pertinet, pie karitatis zelo ductus omnes proprietates possessionum earum, quas apud Blienvngeswilar rationaliter hereditate paterna possederat, de nostra permissione et consensu nec non per manus nostras monasterio sancti Petri Augie minoris dono traditionis, prout eas possederat, contulit perpetuo possidendas, una cum subscriptis hominibus: Burkardo Huzone, Conrado fratre eiusdem, Conrado cognomine Bruder, Burkardo, Agnesa, Gerdrudi, possessiones ipsas cum nominatis hominibus pro fertone cere solvendo singulis annis in festo beati Martini pro annuo censu sibi et uxori sue eorumque heredibus recipiens rursus a monasterio memorato. Huius rei testes sunt: Conradus de Ruti miles, H. Stadelarius minister de Rauensburc, H. de Wachingen¹, Hainricus Pfafenhoun², Conradus Bûchinovge³, Rû. de Hitenruti et alii quam plures. Ne autem in futurum dicto monasterio aliqua possit vel debeat in bonis aut hominibus pretaxatis calumpnia suscitari, presens instrumentum sigillo nostro decrevimus insignire.

 Actum in Augia minori, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, VI. kalendas Februarii, VII. indictione.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An einer Leinenschnur das schildförmige Siegel des Ausstellers, vgl. die Siegelbeschreibung z.B. zu Urkunde Nr. 1469 (WUB, Bd. V, S. 236); von der Umschrift: + *Sigillum* . H . . . RICI . CA . . . E . BIGE . . . RC erhalten.

¹Ober- bzw. Unterwachingen.

²Vielleicht mit dem ehemaligen heute in Owingen aufgegangenen Pfaffenhofen in Verbindung zu setzen.

³Vielleicht mit Buchay, Uttenweiler, BC, das früher auch Buchikay oder Buchenkay geschrieben wurde, in Verbindung zu setzen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 2528

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Weißenau

Ortsindex:

Blitzenreute : Fronreute RV
 Blitzenreute Wohnplatz (20992)
 Blümetsweiler Wohnplatz (20912)
 Blümetsweiler, Horgenzell, RV
 Buchay Wohnplatz (17716)
 Buchay, Uttenweiler, BC
 Hüttenreute Wohnplatz (19476)
 Hüttenreute, Hoßkirch, RV
 Oberwachingen Wohnplatz (17727)
 Oberwachingen, Uttenweiler, BC
 Pfaffenhofener Mühle : Owingen FN
 Pfaffenhofener Mühle Wohnplatz (18203)
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Reute Wohnplatz (20585)
 Reute, Wilhelmsdorf, RV
 Unterwachingen Wohnplatz (16969)
 Unterwachingen, UL
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV